

tibi si bene nos intellexeris, quod etiam non est necesse quod præsumas ipsum perquirere in sua specie simplici, pro incipiēdo nostram operationem, quamuis quod sine quinta essentia non poteris ad finem deducere. Sed debes ipsum quærere in specie composita, quia sicut dixi, Cum omnia elementa sint creata a dicta substantia, ab illa viuificātur ad creandum & corrumpendum, quoniam necessarium est sicut apparet per naturam. Quod cum omnis res stans sub globo lunæ, sit creata & formata a dicta materia quod Yle vocatur, vt de illa influatur in omni re elementali, & plus in vna quam in alia sicut inuenimus per naturam, & quod ibi spatietur & est suum solatium, quapropter sis securus quod nulla res mundi potest sine ipsa creari nec generari, quia ipsa colligat corpus elementare in opere naturæ, Et ideo nos eam vocamus naturam, & primordiale cuiuslibet elementi, quoniam de ipsius simplici substantia elementa quæ sunt materia naturæ, fuerant pure creata, cū diuina separatione, videlicet, aqua, aer, ignis, quæ sunt corpora elementata per dictum primordiale simpliciter elementum, quod est in ipsis, & ab ipso intellectu procedit.

Chronica Methauræa dicit. Quia species elementorum in solis terminis inuenitur, & in dicto principio, quod principiū est primordiale rerum,

g ñ

Quid sit natura.